

(6) Item queratur a qualibet, an *aliquibus*²⁴⁰⁾ *religiosis*, et quibus *adhereat*.

(7) Item an unquam *disputaverit* aut disputari per alias *audiverit de summa trinitate* aut de *divina essencia* aut de *articulis fidei* aut de *ecclesiasticis sacramentis*.

(8) Item an aliquas *opiniones singulares circa articulos fidei et ecclesiastica sacramenta* tenuerit vel *introduxerit*^{d)} vel per alias teneri aut introduci audiverit.

(9) Item an unquam *predicaverit* vel alias predicare audiverit.

(10) Item an *in*^{e)} *huiusmodi statum inducta* sit vel alias aliquas induxerit.

(11) Item an credat vel asserat aliquem de articulis subscriptis: *Primo*²⁴¹⁾ *quod homo in vita presenti tantum et talem perfectionis*^{f)} *gradum potest acquirere, quod reddetur inpeccabilis et amplius in gracia proficere*^{g)} *non valebit*.

Secundo quod ieiunare non oportet hominem vel orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus; et quod tunc homo potest libere^{h)} *concedere corpori quidquid placet. Tercio quod sic perfecti non obligantur ad aliqua precepta ecclesie nec sunt humane subiecti obediencie.*

Quarto quod homo ita potest finalem beatitudinem perfecte in presenti assequi sicut eam in vita obtinebit beata.

Quinto quod quelibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata.

Sexto quod se exercere in actibus virtutum est hominis imperfecti, et quod perfecta anima licenciat a se virtutes.

*Septimo quod mulieris*ⁱ⁾ *osculum, cum ad hoc non inclinet*^{j)} *natura, est mortale peccatum; actus autem carnalis, cum ad hec*^{k)} *natura inclinet, peccatum non est, maxime cum temptatur exercens.*

Octavo quod in elevacione corporis Iesu Christi non debent assurgere nec eidem reverenciam exhibere.

Prescripti octo errores fuerunt Bêghardorum et Beginarum, quarum

d) interduserit W

e) fehlt W

f) fehlt W

g) perficere W

h) liberi W

i) mulieres W

j) inclinat W

k) so W; Vorlage: hoc

²⁴⁰⁾ Die Fragen 6—10 sind erneut eng an die Monita der Klementine *Cum de quibusdam mulieribus* angelehnt.

²⁴¹⁾ Es folgen fast wortwörtlich die bekannten acht freigeistigen „Glaubensartikel“ der auf dem Konzil von Vienne formulierten Konstitution *Ad nostrum* (vgl. Conc. Oecumen. Decreta, ³1973, S. 383 f.; = in Clem. 5. 3. 3; ed. Friedberg 2, 1183 f.).